

Matej Hriberšek
Filozofska fakulteta
Ljubljana

UTRINEK IZ SLOVENSKE KNJIŽEVNOSTI :
JOSIP JURČIČ : DESETI BRAT
(5. poglavje - KRJAVLJEVA ZGODBA)

QUOMODO LALEMUS DIABOLUM IPSUM DISSECUERIT

Homo, qui haec verba locutus est, Lalemus, vir tanta iucunditate esse nobis videtur, ut eum diligentius describamus et cum eo particulam novam ineamus. Aiunt incolae vici, qui Obrhek nuncupatur - at iis etiam pueris haec gesta sunt - neminem nisi fratrem decimum Martinum Portentosum miraculum maius existimatum esse quam Lalemum.

Qui erat vir plus sexaginta annorum, mediocriter excelsus, corpore non parvo, genis turgidis, fronte resupina, miro modo perversis oculis spectans.

Nescimus, ubi avus noster Lalemus natus sit, ubi quomodoque pastor serviverit atque sodalitati iuvenum interfuerit, ubi et qui parentes eius fuerint.

Sed quoquo modo adulescentia Lalemi aestimetur, tamen hoc nobis satis constat eum ante decem annos pinum cecidisse, primam trabem casae, quam Lalemus in agro familiae Obrščak inculto iuxta silvam sua manu sibi construxit; quae hodie quoque stat, etsi eam in potestate sua mures tenent.

... Lalemus vir benevolus, sed non magna ex parte compos mentis esse dicebatur.

“Non est diabolus”, inquit caupo, “quisnam eum vidit?” atque ceteris, qui aderant, nictat, quasi dicere velit: “Ille nobis in manibus est, erigite aures!”.

Et vero Lalemus statim excanduit.

“Ohe! Est diabolus, est.” Hoc locutus manus per mensam extendit, petasum fronte dimovet et capite tundens: “Ipse eum”, inquit “dissecui, media nocte eum dissecui, in duas partes.”

“Dic nobis, quomodo hoc factum sit.”

“Res ita se habet: hora septima in nave vigiliis agens - “...

“Sed antea dixisti mediam noctem fuisse”, Franciscus orationem eius interrumpit.

Lalemus neque interpellatione neque risu turbatus sua affirmans: “Haud ignoro”, inquit “horam septimam decimam fuisse. Solus stabam, nebula et caligo carbone nigrior erat. Frigus colligebam atque ense habebam. Somno fatigabar; itaque mare circumspectare coepi.”

“Quomodo mare circumspectabas, cum omnia caligine mergerentur?”

“Sit caligo; silex, fungus et ligna mihi erant, igni materiam praebui, cum in summo malo: *rrr, rrr, rrr!* auditur. Spectare ego, spectare - nihil spectari. Denuo somno fatigor. Ad solum conquinisco, cum navis huc illuc ter fluctuatur. Spectare

ego, spectare, audire - nihil audiri, cum aliquid per mare iens pedibus sonat: *comp! comp! comp!* Spectare ego, spectare - cum diabolum euntem video!...”

“Quomodo sciebas illum diabolum esse?” quidam auditorum fidem non tribuens interrogat.

“Me non scire? Nonne bracas rubras, pileum viridem, crura comata atque ungues instar hamorum illorum trutinæ habebat?”

“Timebasne?” caupo interrogat.

“Cur timerem, cum ensem acutum in manibus tenerem? - Postea monstrum illud sive φλόξ diabolicus magno cum strepitu: škreb! škreb! škreb! navem ascendebat. Cum constratum attigit et mihi adversus ante oculos stetit: “Sancta dei matercula” inquam “septem cruces laboresque”, ensem acutum excutiens tollo supraque caput vibrans percutio: lop! “atque eum dissecui, diabolum ipsum dissecui, in duas partes!”

“Quomodo scis te eum dissecuisse?” Franciscus interrogat.

“Me certum non esse? Constrato excussus bis in mare volutus est. Primum: *štrbunk!* auditum est, sed iterum *štr-bunk* strepuit. Dic, si potes, me eum non dissecuisse, me eum in duas partes non dissecuisse.”

ZUSAMMENFASSUNG

Die Idee zu einem solchem Kapitel (ihre Wurzeln entsprangen beim Lesen der meisterhaften Übersetzungen von Professor Silvo Kopriva) entstand einerseits aus dem Wunsch, den Lesern eine neue Herausforderung zu bieten, andererseits als Gegengewicht zu zahlreichen Abhandlungen, Fragen und Zweifeln über die Bedeutung von Latein heute und den Schmähungen, es sei “ausgestorben wie die Dinosaurier”. (Solche Ideen finden sich sogar auf Werbeplakaten für Sprachkurse).

Offiziell ist Latein zwar wirklich eine tote Sprache, doch sind wir uns der Tatsache bewußt, daß es so lange leben wird, wie es uns gelingt, es in seiner schönsten Form zu erhalten. Das Übersetzen von Abschnitten slowenischer literarischer und auch nichtliterarischer Werke kann uns in dieser Hinsicht mehrfach nützlich sein. Zum einen läßt sich beweisen, daß sich auch slowenische literarische Werke, sowohl in Prosa als auch in Vers, in schönes Latein übersetzen lassen. Außerdem stärken wir unsere Beziehung zur Muttersprache und zum Latein und spielen alle Register, die uns die lateinische Sprache bietet, schöpfen ihren ganzen Reichtum aus und beweisen dadurch, was sie vermag und bringen sie dadurch einer breiteren Leserschaft näher. Hoffen wir, daß sich diese Rubrik durchsetzen wird und daß sich immer jemand findet, der bereit ist, es mit einer Übersetzung aufzunehmen - zu seinem Nutzen und zu unserer Freude. Möge die Geschichte von Krjavelj aus Jurčič's Roman “Der zehnte Bruder“ der erste Versuch dazu sein.